



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Cornelii Cvrtili Cæsarei Consiliarij et Historiographi  
Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs  
alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati**

**Curtius, Cornelius**

**Antuerpiæ**

28. Mulier quæ beneficium acceptum agnoscere palàm erubuit, palàm  
punitur, & agnoscit coacta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37243**

lis olim sanus solebat. Et res erat: sanus inde domum abiit. Dies deinde octo elapsi, & *Thomæ* (ò madiam memoriam!) ex animo votum factum: non item Divo. Febris ergo illum repentina non aurem vellicare tantum, sed totum validè corpus pulsare, nî promisso debitor stet, jus antiquum repetitura. Pro- fuit certè nihil cunctari. Tolenti- num se proripuit *Thomas*, & à voto se, febrique simul expedit.

Et quis credat superis tam ingra- tos quosdam vivere, ut divini bene- ficii memoriam ne quidem æquis auribus audiant? Certè talis fuit *Tolentina* mulier, cui vocabulum *Evangelista* (more Italorum, viros mulierum, mulieres virorum no- minibus passim appellantium) quæ à viventis adhuc *NICOLAI* benignâ manu perditos oculos receperat. Cum verò id miraculi *F. Scambius* in conventu aliquo, à Sancti viri obitu recitaret, puduit jam benefi- cii accepti mulierem, iraque exca- nduit in tam liberi & liberalis oris monachum, qui hoc publicaret.

Sed

28

Mulier,  
quæ be-  
neficium  
palam  
agnoscere  
erubuit,  
palam  
punitur,  
& agno-  
scit coa-  
cta.

Sed hanc impudentis mulieris recundiam cælum statim castigavit: ut quos sibi olim redditos oculos agnoscere palàm depudebat, oculis jam omnium excæcata fieret amissos. Jam ergo libens publice suam ingratitude[m] damna[m] & mollire precibus vindicem ejus manum, cujus salutarem antea contempserat. Denique cum de tunica quam Divus aliquando gestaverat particulam oculis suis admovisset, amoveri glaucomam sibi iterum sensit, & diem restitui, quem deinceps nullum transire passâ est sine gratâ Medici memoriâ.

29.  
Mulier à  
diro can-  
cro curat.

Facile deinde aliis fuit ab *Evangelistâ* optimâ magistrâ gratæ memoriæ artem discere. Egregiè eam *Indiola* calluit; quæ uti à voto præsentem Divi opem experta est, in beneficium palàm professâ, statim voto se absolvit. Domo *San-Serena* erat, *Mucarelli* uxor, miserandam nam irrepserat in faciem mulieris improbus cancer, proserpseratque in ipsum usque os, quod sex mensures totos avidè ambejsum clausit tantum dem